Sit omnibus notum Quod Ego henricus mir sartor origena et nunc habitator in parrochia Sanctorum acisli et victorie de duobus annis licet his annis proxime lapsis habitator in villa de molleto diocesis barcinone Gratis et ex mea certa sientia confiteor et in veritate Recognosco vobis domine eulalie uxori mee absenti tanquam presenti filie legitime et naturali honorabilis cipriani borrell alias ros del clogner quondam agricole dicte ville de molleto et domine anthonie illius femine de vestris omentis et notario infrascripto tanquam publice persone pro vobis et recipienti et legitime stipulanti Quod per manus et de pecunijs domine eulalie vidue relicte anthonij lledo alias Ros del clogner quondam vestre & absentis sororis vestre et per manus onorati ros del clogner agricole domini et possessoris mansi et hereditatis Ros del clogner dicte ville de molleto filij et heredis dicte eulalie vidue presentis Diversis solutionibus Dedistis et solvistis mihi bene et plenarie voluntati mee omnimode realiter numerando Omnes Illas Ducentas et Viginti libras monete Barcinonensis et Duas Caxias de alber cum earum Clausuris in locum et recompensam earum et Jocalia que omnia et singula vos dicta uxor mea mihi constituistis et aportastis in dotem pro dote et nomine dotis vestre mearum et vestrarum tempore nuptiarum Cum Capitulis matrimonialibus per et inter nos firmatis et receptis in villa granullariorum penes benedictum pla notarium infrascriptum Die Jovis septimo mensis decembris anno a nativitate domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto de quibus rebus dotalibus cum eisdem met capitulis matrimonialibus vobis feci dotale instrumentum sive augmentum propter nuptias quod vobis laudo et de quibus etiam rebus dotalibus dicta eulalia rossa vidua soror vestra et dictus onoratus ros illius filius pro firmarunt vobis et pro vobis mihi cum dictis capitulis debitorium quod cancello Et ideo Renuntiando exceptioni pecunie non numerate et dotis predicte non habite et non recepte Rei ita non esse et sic in veritate non consistere Et dolo malo et actioni in factum Et omni alij juri rationi et consuetudini contra hec repugnantibus quoniam modo facio vobis de predictis Ducentis et Viginti libris monete Barcinonensis et duabus caxijs de alber cum suis clausuris et Jocalibus dotalibus vestris per vos per manus et de pecunijs dictorum sororis et nepotis sive nebot vestrorum mihi solutis et traditis presentem apocham de soluto in testimonium veritatis nec non bonum et per pactum finem et diffinitionem de pactum firmissimum de ulterius aliquid non petendo et de non agendo vallatum stipulatione solemni in manu et posse notarij infrascripti Cancellans cum presenti et cancellari volens et mandans dictum debitorium per dictos sororem et nepotem vestros vobis et pro vobis cum eisdem capitulis firmatum mihi de eisdem vires et obligationes eiusdem debitorij taliter quod mihi nec meis prodesse nec vobis nec vestris obesse possint modo aliquo seu nocere Volens et consentiens quod de huiusmodi apoche iustis fiant duo publica consimilia instrumenta quorum unum vobis pro vestra deliberatione et aliud dictis sorori et nepoti vestris pro eorum tuitione tradantur per notarium infrascriptum Actum est hoc in villa Granullariorum Die Jovis vigesimo septimo mensis octobris anno a nativitate domini millesimo quingentesimo octoagesimo octavo Sig+num henrici mir confitentis predicti qui hec laudo concedo et firmo ∴

Testes huius Rei sunt honor. Joannes reig causidicus habitator ville granullariorum et Bartholomeus gorgui agricola parrochie de Corrono inferiori diocesis Barcinone ∴

Sig num meum Benedicti Pla ville Granullariorum diocesis Barcinone
Regia auctoritate Per totum Cathalonie Principatum et Comitatus
Rossilionis et Ceritanie notarij Publici qui hec et illa manu mea propria
scripsi et Clausi ∴

a xxvij octombre any lxxxviij